racab q celabat ligatum in fenestra domus
mulieris sue ipsa signum eciam salua a omnibus
suis Josue 2. Et eciam quamquam sedet cum
aliis quod concupiscencia originem mentis
peccatis signata sed nunc per fidem xpi re-
generata sit hec funiculum coccineum caritatis
ligatum in fenestram domus interioris qua
divinum lucem mittit in animam talis absque
dubio anima habet eciam signum salutis sue
quoniam sic est deo alligata et deus illi
quod non de facili ab eo posset separari Hic
est funiculus quo xpus ligatus fuit ad
columpnam qui nunc omnino coccineus quia totus
suo sanguine rubricatus Hic est funiculus
qui paulum ita fortiter alligavit xpo
quod nullo modo ab eo separari potuit Ro. 8.
Quis nos separabit a caritate xpi tribu-
lacio an angustia persecucio an fames
an nuditas an periculum an gladius
et infra certus sum quod neque mors neque
vita etc neque creatura aliqua poterit nos
separare a caritate dei que est in xpo
ihesu Tercium documentum est ut nos ligemus
omnia membra nostra eciam ipsam linguam funibus
preceptorum dei ne labantur ad aliqua
contraria divinis preceptis vel divine voluntati
Exemplum de xpo qui cum se ipsum tradidisset
manus iniquorum ligaverunt manus eius
et fecerunt ideo quecumque voluerunt linguam
vero ligare non poterant Ipse autem met
lingua sua ligabat quod nullum verbum nisi
quod utile est loqui vellet nec coram iu-
deis nec coram pilato Sic et nos liber-
tatem sermonis loquendi vel eciam operandi
bonum et malum linguam nostram et eciam
membra ligare debemus ut nullum verbum
loquamur aut operemur aliquid quo proximus
ledatur aut deus offendatur Job 40 … fune
ligabis linguam eius quod fune fidei et precep-
torum dei ligatur et eciam membra ligantur
et refrenantur a malis Quartum est ut
simus vinculo fraterne caritatis proximis
alligati ita ut omnes gratum divinitus accepta

cius spiritui studeamus Apostolus paulus
hoc vinculo alligatos habuit omnes fide-
les cum dicebat philippenses 1 Eo quod habeam
vos in corde et in vinculis meis et in
defensione et confirmacione evangelii
socios gaudii mei omnes vos esse
cupio testis enim mihi deus quomodo cupiam
vos omnes in visceribus ihesu xpi 1 Cor
9. Cum essem inquit liber omnium me
servum feci ut plures lucrifacerem Quintum
documentum est quod nos volentes sequi
xpum ad subeundam crucem religionis
debemus nosmetipsos ligare vinculo pro-
fessionis obediencie propter eum qui pro nobis li-
gari voluit Non enim sufficit ad professionem
nos esse captivatos per obedienciam subiec-
cionis nisi et simus adhuc ligati prepositorum
et confessorum videlicet ut non valeamus
eciam si forsitan retrahere vellemus a iugo
obediencie collum extrahere manus figuram ysaac
ymolandus ex obediencia alligatus fuit
et positus in altari super struem lignorum ut
legitur Gen 22 Sic boni religiosi qui
in initio religionis dant se captivos
manibus prelati prepositi et confessorum
obediencia alligantur ita ut amplius pro suo
velle movere se non possint et sic in altari
mactacionis proprie voluntatis positi toti-
dem in holocaustum vivum deo ymolantur

In recolendo ymnum actum recogitetur
hoc quatenus dominus ligatus fuit propter
vincula peccatorum nostrorum solvenda sicut
quo ligatus est ut nos vinculo caritatis
sibi alligaret Sit eciam hoc in recompensam
aliqualem se ipsum deo ligare aliquo
bono proposito vel voto qui si iam ligatus
sit religione vel alias desideret a deo
adiuvari ad perficiendum huiusmodi ligacionem
ad laudem suam

Ihesu qui electos discipulos tuos
omnes a te permisisti fugere suscipe
me fugitivum servum et tene virtute cum
potestate tue nec sinas me absque tua
voluntate vagari …

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_338/0075
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG